



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Margarita Philosophica cu[m] additionibus nouis

Reisch, Gregor

Basilee, 1517

VD16 R 1040

Philesius vogesigena de laudibus [et] fructu Margarite philosophice.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30660**

**Philellus vogesigena de laudibus  
et fructu Margarite philosophice.**

Si mea continuo perfunderet ora liquore  
Duro gorgonei fons pede fossus equi:  
Lotus et intraret calefactum in pectus Apollo:  
Implerent muse si mea corda nouem:  
Digna tamen libro preconata dicere scripto/  
Nec possent Keischo carmina nostra patri.  
Nam sua comperit hic omni sine gramata gyro  
Prima tener discit qui rudimenta puer.  
Dic et pro rostris rhetor dicturus auaris/  
Rem spectat mira cum leuitate suam.  
Dic quoque qui logicen vult litigiosior ipsans  
Calle suam discit syncathegreuma leui  
Dic cernit prisco docti de more Platonis  
Qui numerat/numeris omnia prorsus suis:  
Ipseque contemplans sensu geometra profundo/  
Hic varios multa comperit arte modos.  
Diligit argute qui grata volumina vocis  
Mussus/hic graciles conspicit ipse sonos.  
Tollit in ethereos qui lineae lumina tractus/  
Ignea cum celsis hic videt astra polis.  
Ipseque nature speculans arcana sagax/  
Rem discit totam ex partibus esse suis.  
Cui Medicina placet magno bene nota Galeno:  
Illi est hic studij portio tacta sui.  
Nos quoque que format moxum doctrina beatos:  
Ipseque cum fructu Theologia suo.  
Nec et plura meis nunc non numeranda camentis.  
Hic mira retinet sub breuitate liber.  
Nos quos vel sophie comerca grata latine/  
Cerus amor Keischi/vel tenet ipse met:  
Hinc vigili tam tractetis mente libellum:  
Et saturate bonis languida corda cibis.  
Hanc Mater ipse suam natam non inuidus vnam  
Omnauit:larga rursus et auxit ope.  
Tertis quam docti laudata impressio Schotti  
Fuso nunc nitidis fabricat ere notis.  
Atque ut hanc proprio noscatis nomine natam:  
Μαργαρις huic nomen φιλος et est σοφικη.  
O studiosa cohors nateque patrie fauete:  
Non indigna dabit premia talis amor.  
Illos seruabo memora sub corde repostos  
Nos artus donec spiritus ipse reget.

τελωσ.